1556

sc. Dresd.
C 511.

A.

De Monarchys

Aspicis, ut iaceant disiecti
membra coloſsi,
Quem Rex Chaldea
vidit in Arce senex.
Stat tantū pars ima pedū,
ferroq; Lutoq;
Mixta statim Rimis
corruitura ſuis.
Delevere vrbes Turci populosq;
potentes
Nec gens Imperiū ſecurā
vlla tenet.
Sunt igitur Turci magnæ pars ferrea
plantæ
Et ſunt infirmū cetera Regna.
Lutū.

Mſt: Bünav. 26. C. ~~267.~~

Sed lapis absq; manu celſo
de monte reuulſus
Mox aderit Iudex filius
ipſe Dei.
Totius & plantae delens ferrūq;
Lutūq;
Regna dabit populo non
peritura suo.

Ergo Dei gnato dedant ſe pectora
noſtra
Ipſius & diſcant iussa
verenda ſequi

Scriptū manu Philippi
Melanthonis

Aristoteles

Τί γὰρ ἐστιν ἄνθρωπος;
Ἀσθενείας ὑπόδειγμα.
καιροῦ λάφυρον.
τύχης παίγνιον.
μεταπτώσεως εἰκών.
φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ.
τὸ δὲ λοιπόν, φλέγμα καὶ χολή.

Dic, quid homo? Est animal
miserum, mortale, superbū,
Mentis inops, audax, mobile,
putre lutum.

Paulus Eberus
Kitthingensis
26 Augusti Anno
1 5 5 8.

Contra dubitationem

Augusti: psal: 88.

In aeternum regnabit christus in sanctis suis. Hoc dixit deus, hoc promisit, si parum est, hoc iuravit. Cura ergo non secundum merita nostra, sed secundum illius misericordiam firma est promissio, Nemo debet cum trepidatione praedicare de quo non potest dubitare.

Hilarius

Vult sine aliqua incertae voluntatis ambiguitate sperari, Alioqui iustificatio ex fide nulla est, si ipsa fides sit ambigua.

Scriptum manu Georgii Maioris D.
1558.
Calen: 7bris.

Precatio de vltima
hora vitę.

Da nob: horã foelicẽ Christe Redemtor,
Inq: tuã seruã pectora nrã fide,
Cum nos ad patriã coelestem morte uocabis,
Cum parcę nob: vltima fila legent,
Nostra nec aeternis claudi patiare tenebris
Lumina, sed vita fac meliore frui,
Pro quibus ipse mori voluisti victus amore,
Quosq: redemisti sanguine Christe tuo.

Vitus Winsemius
4. Septeb:. 1558.

Ex vespertina concione D.D. Theod: Snepffij parochi Tybingensis, habita. 25. Novemb: 1565. de articulo: Inde venturus est iudic: viuos et mortuos: particula quaedam.

Εἰσί τινες, οἵ τινες δυσχερῶς ἀκούουσι τὸ περὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς κρίσεως, λεγόντων. Καλὸν ἂν οὖν τούτοις εἴη: εἰ τὴν ἐσχάτην ἡμέραν διαδραῖεν. Νῦν δ' αὕτη ἐλεύσεται αἰφνιδίως, ὥσπερ παγὶς, ἐπὶ τοὺς ῥαθυμοῦντας. Ἕκαστος τότε τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει: ἕκαστος δίκας ἑκάστου ἀργοῦ ῥήματος ὑφέξει. τί γὰρ ποιητέον; Τοῦτο ὃ ποιοῦντες, περὶ μεγάλων ἀδικημάτων καλυπτόμενος. Ἐπιβοάτε ὅλως ὃν ἂν δύνασθε εἰς βοήθειαν. Καὶ σύγε οὖν παράλαβε σύνδικον τὸν κύριον Χριστόν. Κίνδυνος γὰρ μέγιστος. Ὅταν ἀφνῶς μέλλῃς τὴν ψυχήν: τότε ἡ ψῆφος σοι φέρεται. Ὁ μὴ πάντα τηρήσας τὸν νόμον, καταδικάζεται αἰωνίως. Νῦν δ' ὁ Ἰησοῦς φησί: δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ ἑξῆς. Πρὸς τοῦτον οὖν τρέχε: καὶ δεήθητι συγγνώμης, πρὶν ἂν τὸν βίον τελευτήσῃς. Οὐ θέλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὁ κύριος: ἀλλ' ἵν' ἐπιστραφῇ, καὶ ζήσῃ. Ἰωάννης, ταῦτα, φησί, γράφω ὑμῖν: ἵνα μηδεὶς ὑμῶν ἁμάρτῃ. εἰ δέ τις ἡμάρτεν: ἔχομεν Ἰησοῦν Χριστὸν πιστὸν μεσίτην.

Martinus Crusius, Tybingae in templo raptim scribens, fr. meo fraterno Valentino Tennero. Bona dies.

αφξε.

Hieronimus

Siue Comedam siue Bibam, seu aliud quid faciam, semper Vox illa uidetur sonare in Auribus meis. Surgite Mortui et Venite ad Iudicium.

Augustinus Brunnius Ammemontanus in signum et memoriam ἀνυποκρίτου φιλίας scripsit Valentino Tennero, popularis populari et amicus amico suauissimo.

Vade et Commenda Deo vias tuas ipse faciet, et mei quoque sis memor.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ὉΜΙΛΙΑ, ἘΝ ΛΙΜῼ ΚΑῚ ΑΥΧ-
Μῼ ῥηθεῖσα :~

Δύο σοι νόμισον εἶναι θυγατέρας, τὴν εὐπάθειαν τὴν ἐνθάδε, καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, εἰ μὴ θελήσῃς τὰ πάντα δοῦναι τῇ κρείττονι. μέρισον γοῦν ἐξ ἴσης τῇ τε ἀκολάστῳ παιδὶ καὶ τῇ σώφρονι. μὴ τὴν ἐνταῦθα διαζωὴν ὑπέρπλουτον δείξῃς: γυμνὴν δὲ τὴν ἄλλην καὶ ῥακίοις ἠμφιεσμένην, ἡνίκα ἐὰν δέῃ σε τῷ Χριστῷ παραστῆναι καὶ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τοῦ κριτοῦ, νύμφης ἔχουσαν σχῆμα καὶ κλῆσιν τὴν κατ' ἀρετὴν ζωήν. μὴ τοίνυν ἄμορφον καὶ ἀκόσμον παραστήσῃς τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην: ἵνα μὴ θεασάμενος ἀποκλίνῃ τὸ πρόσωπον, καὶ ἰδὼν μισήσῃ, καὶ τὴν συνάφειαν ἀπαρνήσηται: ἀλλὰ στείλας αὐτὴν τῷ προσήκοντι κόσμῳ, τήρησον εὔμορφον τῇ προθεσμίᾳ τῶν γάμων. &c:

Theodoricus Snepffius D.
Rector Academiae Tubin-
gensis, scribebat in gratiam
doctiss: viri M. Valentini
Tenneri. Tubingae Anno
1565. nonis Decemb.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/9

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/10

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/12

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/13

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/15

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/16

Serva Deus verbum tuum,
Et frange vires hostium,
Qui filium tuum suo
Turbare conantur throno.

Ostende nunc potentiam
O Christe rex Regum tuam,
Defende parvulum gregem,
Qui te fatetur principem.

Vivificator spiritus,
Concordiam da cordibus,
Adsis periclitantibus,
Cum morte confligentibus.

Tu dissipa vafros dolos,
Et verte in illos, ô Deus
Fac in foramen incidant,
Ecclesiae quod comparant.

Sic fiet, ut te sentiant,
Verum Deum, quem pernegant,
Qui fortiter nos adiuvas,
Regnum superum continuas

Pacem tuam te poscimus,
Concede nobis caelitus:
Nam nemo praeter te ô pater,
Vindex, suisque est arbiter,
Victoriae, et belli potens.

Leonhartus Fuchsius D.
et Medicinae in Academia
Tubingensi professor, scri-
bebat in gratiam M. Valen-
tini Tenneri Anno 1565
7. Idus Decembris.

1 5 II 65

Feſtina Lente

Antonius Comes in OR-
tenburg etc: ſcribebat amici-
tiæ, et memoriæ cauſa Tu-
bingæ 8. Cal. Septemb.

1 . 5 . Anno 6 5 .

Quicquid agis, prudenter agas · et respice finem ·

Wirichus Comes a
Falckenstein scribe
bat amicitiæ et memo
riæ causa .

1 . 5 . Anno . 6 5 .

L. X. M. W. V. . S.

Sit vitæ pietas regula certa tuæ.

Sebastianus Comes
á Falckenstein.

1 . 5 . 6 . 5 . Anno .

Ἐν δ' εὖ προσηνόρουσιν ἐσί τῆς χάρις .

V. V. V. V.

Nicolaus de Thomicze
Tubingæ prid. Calend.
Septembr. amicitiæ ergo
scribebat

M. D. LXV.

M. M. D.

Experiar Vitam: caput aut mors occupet ictu:
Est tutela Deus, fortis et ampla mihj.

Ioannes Frideric, à Zinzendorff
Scribebat amico suo summo Tubing:

Hora. i Epla 17.

Tu rectè uiuis si curas esse quod audis.

Marcus à Zinzendorff
Scripsit Tubingæ me-
moriæ & amoris caussa,
D. Valentino Teinero:
17. calend. Octobris.
Aº 1565.

Non inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est:
Qui enim non repellit à socio iniuriam non pt, tam est
in vitio q̃ ille qui facit. c. non inferenda. 23. q. 3.

Ioannes Hochman. I.V. doctor
& pfessor iuris Canonicj
ordinarij in schola Tubing:

http://digital.slub-dresden.de/id482761318/21

I. H Z G

1565.

Burckhardus Stinglhamer von Wernsching.

.8.

1565.

Ortus es ut mundi subiectus casibus esses,
Nullus in hoc expers funeris orbe fuit.
Vel cito vel sero vitam mors omnibus aufert,
Quae tibi sunt aequa mente ferenda, feras.

Eruditione et virtute ornatissimo dno
Valentino Tennero, amico suo tanquam fra-
tre colendo, haec scribebat Vuolfg.
Apelles Tubingae 19 Kalend. Augusti

1.5.6.5.

M. L. B.

Spes mea Christus erit, dum Spiritus hos regit artus
Dum flabunt Venti, spes mea Christus erit.
Spes mea Christus erit, fulgent dum sydera Coeli
Dum stabit mundus, spes mea Christus erit.

Haec, ornatissimo, nec non et omni Virtutum
genere praestantissimo viro, Domino Valen-
tino Tennero, scribebat Laurentius Para-
deyser Carinthus, In perpetuam sui me-
moriam Tubingae 19 Kalend: Augusti
Anno ut supra.

Isiodorus

Quicunque vult semper cum Deo esse frequenter oret aut legat. Nam
cum oramus cum Deo loquimur, cum legimus nobiscum loquitur Deus

Haec scribebat Andreas Paradeyser Carinthus
Tubingae Anno 1565 / 19 Kalend Augusti

Verba ligant homines taurorum cornua funes
Cornu bos capitur voce ligatur homo.

Sigismundus à Gäfrugg
haec scribebat Tubingae 14
die Augusti Anno 65.

1 Tim: 6.

Est quaestus magnus, pietas cum
animo sua sorte contento.

Jacobus Andreae D.
praepositus & Cancellarius
Academiae Tubingensis
XIII Septeb. Anno 65.
scripsi.

Cicero in Laelio.

Quia natura mutari non potest: idcirco
verae amicitiae sempiternae sunt.

Nuda, sed ex aio, duo carmina ficta, sereno,
Haec Tennere feras, et memor esto mej.

M. Leonhardus Engelhart,
firmato foedere iuncto
SUO DNO VALENTINO
TENNERO scripsit
Tubingae. 13. Sept:
A. 1565.

Memento Dominum Jesum pro te esse mortuum.
Et te quoque moriturum

M. Georgius Liebler
professor physices
in Schola Tubingensi

Paul. in 1 ad Timoth. ii

firmum fundamentum Dei stat. habens
signaculum hoc, Novit Dominus qui
sui sunt, et discedat ab iniquitate
omnis qui nominat nomen Christi.

Jacob Cappelbeckius in
[illegible] XXIII Novem.
ao. 65 scripsi

Pietas ad omnia utilis est, promissiones habens
vitae praesentis, ac futurae.

Jacobus Heerbrand D. et profes-
sor Theologiae in Academia
Tubingensi

Οὐ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ
πειρώμενον, δεῖ ἀπὸ θεοῦ ὁρμᾶσθαι ἀεί.

Γεώργιος Κλῦρος ἐν Τυβίγγῃ
Οὐαλεντίνῳ Τεννήρῳ ἑαυτοῦ φίλῳ
ἔγραψε. νεομηνίᾳ δεκεμβρίου.
ἔτει α φ ξ ε.

1 5 ⊕B 6 5

Iuris nostri Authores, divinam illam & Naturalem aequitatem (quam qui legitur sequitur nunquam aberrare potest secundum Cic. lib: 1. de LL.) ducem semper habuisse ex l. 1. ff de Iust: & Iure constat, cum una & eadem mens sit omnium legislatorum, quia nimirum ad eundem finem, eandemque quasi metam, licet non eadem via omnes tendant: cives nempe suos ad primam naturae Iustitiam & aequitatem revocando, finemque legis & scopum, publicam tranquillitatem & bonum commune sibi proponendo. Unde veteres dixerunt Salus populi suprema lex esto. l. 1. ff de LL. & Cic. 3. de legib.

Sat faustum habet qui bene facit.

Valentino Thennero viro
omnibus virtutibus ornato
Haec scripsit Böringer
Ulmaeus, Tubingae ad Necarum 17 Calend. Decemb.

Idonei debent Reipub: praefici, ne ea simul viris, et viribus destituantur l. 3. § quamvis D. de muner. et honor.

Grata Deo dicas: grata Deo facias.
Thue, red, was Gott gefelt.
B. G. E.

17. die Novembr: Anno a partu virgineo 1565.

Eruditione, Virtute, et Pietate ornatissimo D. Valentino Tennero iurium Candidato amico suo fratris loco colendo scripsit haec Tubingae Benedictus Gentius Quedelburgensis in perpetuam sui memoriam.

1 5. Tout a son coeur. 65.

Omnium rerum vicissitudo. gl. in l. no et ex pluribus ff. de reg. iur. Nec ulla est finis rerum omnium circumvolutionis. Far. Luc. de Penn. in l. 1 C. de publ. Laetit. lib. 12.

Ornatissimo viro d. M. Valentino Temnero amico veteri Georg. Roncius Esslingensis Tubingae scripsit. 20. Febr.

15 65

Hilf Gott zu Frewden

Quo Deus et quo dura vocat fortuna sequamur.

Haec in perpetuam sui memoriam scribebat Johan: Wernerus à Reckrodt Tubingae 20. Novemb:

Praeclare Socrates (ut Cic. secundo off. refert) hanc viam ad gloriam proximam, et quasi compendiariam dicebat esse, Si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset.

Amico suo colendo D. Valentino Temnero scribebat Tubingae M. Georg. Burckhardus.

Euripides.

ὅστις δὲ πλοῦτον ἢ σθένος μᾶλλον φίλων
ἀγαθῶν κεκτῆσθαι βούλεται, κακῶς φρονεῖ.

plato in Lyside.

βουλοίμην φίλον ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ τὸ Δαρείου
χρύσιον κτήσασθαι.

Syracides cap. 6.

Sincerus amicus auro et opibus omnibus est preciosior.

Haec ornatiss: Viro, eruditione et Virtute
Praestanti d. Valentino Termero, amico et
fratri suo ex animo charissimo scribe-
bat Tubingae XVIII Calend. Xbris
Andreas Balderslebius in perpetuam
sui [illegible] memoriam et sempiternum
amorem, quae ut nobis aliquando rursus
fata coniungant, ardentib. votis, et
ingenti desiderio expeto. Interim
dulcissime frater et amice integerrime
perpetuum salue, perpetuumque uale.

A. B. S. C.

1565.

Δικαίας φιλίας κτῆσις ἀσφαλεστάτη.

plato.

Εὐμετάβολον τῇ φύσει ζῶον ὁ φίλος.

Γνήσιος εἰμὶ φίλος, καὶ τὸν φίλον ὡς
φίλον οἶδα,
τοὺς δὲ κακοὺς διόλως πάντας ἀποστρέφομαι.

Στέργετε τοὺς φιλέοντας, ἵν᾽ ἢν φιλέητε φιλεῖσθε.
Vt ameris amabilis esto.

Ζ. Ο.

Τῆς σοφίας ἀρχὴ ἐστι θεοῦ ὁ φόβος.

Haec doctissimo viro d. M.
Valentino Tennero amico
suo praecipuo scripsit Witeb.
28 Ap. Zach. Orthus p. L.
anno 1565.

Ecclesiast. cap. 6.

Amico fideli nulla est comparatio. Amicus fidelis, protectio fidelis: qui invenit illum, invenit thesaurum.

T. Morus.

Utilius nihil esse potest, quam fidus amicus,
Qui sua damna sua leniat officio.
Foedera contraxere simul mendici duo
Cum claudo solidae caecus amicitiae.
Claudo caecus ait: collo gestabere nostro.
Rettulit hic, oculis caece regere meis.
Alta superborum fugitat penetralia regum,
Inque casa concors paupere regnat amor.

Quid vero tibi scribam amplius Valentine charissime? Hoc quidem volo amicitiam fraternam superiori anno dei voluntate & numine feliciter inter nos contractam ac constitutam, & hactenus consuetudine benevolentiaque mutua nostra fideliter confirmatam & constabilitam, ita posthac adamantinam perpetuam & aeternam esse ac permanere. Omnia in certe fraternae voluntatis & amoris officia quaecunque in loco a me expectabis, eaque paratissima pro omni facultate mea fore te tibi hac dextra confirmo. Invicem vero ut remunerate de te mihi pollicear apertus candidus & fidelis animus tuus mihi plane perspectus ac cognitus animadverdum efficit. Deus opt. maximus omnia studia & instituta tua adiuvet, atque sui nominis gloriam, reipub. christianae utilitatem, & tuam propriam salutem dirigat & fortunet. Amen.

Hec me
Oblivium fore, credo, non, cum fata deusque
Hanc animam abstulerint. &c Ex Iliad. Hom.

Haec dilecto amico fratri suo Valentino Trennero Chemnicensi, viro pio & erudito Steph. Rennerus Francisfurtensis in amoris sui perpetui contestationem scribebat Tubingae 25. Augusti Anno Christi 1565.

Lactant: lib: VI. de diui: instit:

Si hac causa homines congregati, ut mutuis auxilijs imbecillitatem suam tuerentur, succurrendum est igitur homini, qui egeat auxilio. Deus enim, qui cęteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incursibus et periculis tutiora generauit: hominem uero quia nudum, fragilemque formauit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit ei pręter cętera hunc pietatis affectum: ut homo hominem tueatur, diligat, foueat, contraque omnia pericula et accipiat et prestet auxilium. Summum inter se hominum uinculum est humanitas, quod qui diruperit, nepharius et parricida existimandus est. Nam si ab uno homine, quem Deus finxit, omnes sumus oriundi, certe consanguinei sumus, et ideo maximum scelus putandum est, odisse hominem uel nocentem:

D. Gregorius lib: 7. Moralium.

Duo sunt pręcepta charitatis, Dei uidelicet, et amor proximi. per amorem Dei gignitur amor proximi: et per amorem proximi Dei amor nutritur. Nam qui amare Deum negligit, perfecte diligere proximum nescit. Et tunc plenius in Dei dilectione proficimus, si in dilectionis gremio proximi charitatem colligamus.

S. V. C.

Suo amantissimo amico et fratri Valentino Tennero Chemnicensi, Viro cum pietate tum doctrina ornatissimo, scribebat hæc Jodocus Oethæus Northusanus M. in constantis fraternique amoris testimonium. Tubingæ. 25. Augusti. 1. 5. 65.

1 · 5 · F · C · 6 · 5.

Fata viam invenient aderitq[ue] vocatus Jesus

Hoc mihi perpetuo ius est, quod fidus amicus
Non cito desisto, nec temere incipio.

Vera laude pietatis doctrinae et
prudentiae ornatissimo viro, d[omi]no
Valentino Tennero amico et
fratri optimo Paulus à Welsperg
in constantis ac veri amoris
signum m. p. s. Tubingae 8 calend.
Septemb:

1 5 · + · 65.

Μακάριος ὅστις ἔτυχε γενναίου
φίλου.

Sebastianus Hüttinger scribe-
bat Principi amicorum
suorum 27. Augusti
ao. 65.
Tubingae

γνήσιος εἰμὶ φίλος, καὶ τὸν φίλον ὡς φίλον οἶδα

Virtute et eruditione ornatiss.
viro, D. Valentino Tennero, ami-
co et fr[atr]i suo optimo scripsit
Nicolaus Uthusius V. Tubingae.

16

Philippus Melancthon.

Ut membra in humano Corpore non omnia decora: Et tamen omnium est certus et necessarius usus: Ita omnes homines etsi non pariter dignitate excellant, tamen cunctorum est certus ac necessarius usus. Propterea nemo debet contemni.

V. h. G. h. G. t.
1565 xi.

Haec, Viro ornatissimo, pietate ac Eruditione praestantissimo, dno Valentino Lenner scribebat Christoph. Präntl Austriacus, in Memoriam sui perpetuam. Tubingae.

X. B. W. Z. B. X

Non frustra sunt instituta potestas Regis et cognitoris Ius: Ungula Carnificis: Arma militis: disciplina dominantis: severitas et boni Patris. Habent omnia ista modos, causas, rationes, Utilitates. Haec cum timentur, et mali coercentur, et boni quieti inter malos vivunt. c. non frustra. 23. q. 5.

M. Joan. Schmidl. Memmingensis scribebat inter amicos suos haud postremo 16. Sept. Anno 65. Tubingae.

Melius enim est coarctare iuveniles calores, ne cupiditati deditj tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium. L. fin. C. de bonis quae liber.

D: Valentino Temnero Chemnicensi
scribebat memoriae ergo Joannes
Varnbüler Badensis 16 Septemb.
Anno etc. 1565

1. 5. 6. 5.

Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese: quique in se uno, sua ponit omnia.

Cic. in Laelio.

Am. D. Valentino Temnero Ex corde Pomorius Polonus. Amicitiae causa. Prid. Cal. Aprilis, Tubingae 1565

Cyprianus.

Si solus Christus est audiendus, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putaverit: sed quid, qui ante omnes Christus prior fecerit. Nazianzenus.

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιοῦ Θεόν.

Virtute & doctrina ornatissimo uiro D. Valentino Temnero, scribebat haec Paulus Hess Norimbergensis, in perpetuum ueri & fraterni amoris pignus. Tubingae pridie Idus Decemb: Anno M. D. LXV.

.1. S. E. S.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/34

1565

17

Nullius est felix conatus et utilis unq̃
Consilium si non detq̃ iuvetq̃ Deus.
ἀνέχȣ καὶ ἀπέχȣ.

Haec pietate et eruditione ornatissi:
Viro Domino Valentino Tennero
Chemnicensi, scribebat Georgius
Muthius Brettanus in sui memo-
riam & comendationem. Thubingae.
Idib. Novemb: Anno ut supra.

Nihil quicq̃ sine virtute laudabile.

Florianus Pleüer à Rauenspurg
·B ·M ·K
·1·5·65

Amicus certus in re incerta cernitur.

Christophorus Pleuer.
à Rauenspurg.

I S A 6 5.

Vera iuxta Diuum Hieronymum illa necessitudo est, et Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non praesentia tantum corporum, non subdola et palpans adulatio, sed DEI timor et Diuinarum Scripturarum studia conciliant.

In amicis enim non res quaeritur, sed bona voluntas, quia et substantia saepe a non amicis praestatur: Voluntatem vero bonam sola charitas amicitiae tribuit.

Eadem namque velle et eadem nolle inter pares et bonos firma amicitia est, quae ubi manet, nil facile creditur, nil facile eripitur (ut Chrysostomus ait) quod dissidium possit operari.

D. M. D. A.

Hoc doctissimo atque integerrimo Viro, Valentino Cimbro Chemnicensi scribebat M. Johannes Fritz fratri suo germano in symbolum verae amicitiae et memoriae. Tubingae 12 Nouembris.

1565.

Spes mea unica Christus.

Volmarus ab Ow

Tubingae scribebat

12 Nouemb.

1565.

Deus omnia videt.

Johannes Jacobus à Gemmingen scripsit Tubingae 12 Nouemb:

1565.

Dum vivo spero.

Theobaldus Spet à Schiltzburg.

1565.

Vivere virtute.

Jacobus à Stain.

1565.

Labor improbus omnia vincit.

Doctissimo viro, Magistro, Valentino Temero Chemnicensi scribebat Petrus à Oettingen Tubingae amicitiae et memoriae causa 12 Nouemb:

I.V.N.E.V.

Animi hominum mouentur ad diligendum cum eorum, quibus cum coniuncti sunt, Virtutem et bonitatem perspiciunt.

S.E.A.

Omnis nostra cura debet in hoc uersari Semper, si possumus ut boni aliquid efficiamus

S.N.I.P.

Honores, diuitiæ, Voluptates, nunquam amicitiæ anteponenda sunt

Hæc doctissimo viro M. Valentino Tennero, amico perpetua fide colendo. in pignus Sempiterni amoris scribebant Tubingæ XIIII Nouemb. Anno a nato Christo 1565 tres fratres patricij Norici C

Paulus
Christophorus } Im hoff.
Hieremias

N. C. A. D.

Cum nihil toto celebrarim orbe,
Dulcius isto, potiusque amore
Qualis in caelo sit amor futurus,
Gestio ſcire.
Quod Thomae vides breue quasi carmen amici
Te rogo ſit noſtrae pignus amicitiae.

Valentinus Voltzius. I.V.D. et profeſsor
in Academia Tubingenſi.

19

Reges et dominos habere debet
Qui ſe nō habet, atque cōcupiſcit
Quae Reges dominique cōcupiſcunt.

Iacob. Schegkius D.
Tubingae 5 Decembris
Anni 65. à nato Seruatore.

Omnia ſi perdas famam ſeruare memento
Qua ſemel amiſsa, poſtea nullus eris

Nicolaus Bromius Francofor:
dianus ſcribebat Viennae
.16. Junij Anno. 1567.

Á Φ ☿ Ξ ε

Fiat voluntas Domini.

Nobile vincendi genus eſt PATIENTIA, vincit
Qui patitur, ſi uis vincere diſce pati.

Eruditione Doctrina omniq; virtutum genere Ornatiſsimo
D. Valentino Tennero V. I. Studioſo, Amico ſuo inte-
gerrimo ſcribebat Arminius Rüttellius Stut-
gardienſis fidelis æternaq; memoriæ
cauſa Tubingæ nona Decem-
bris Anno Saluatoris
Seſquimilleſimo
Sexageſimo
Quinto.

Ich hette der
Freundtſchafft
schier vergessen
·5·

Theognis.

οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

En Raptim A Recto Duo Verba Sodale Capeſcas,
Et Lege, Languescens Ita Vix Sors Vertet Amicos.
Lætus Eram Nuper Te Intra Nona Vincula Sumpto,
Tristis Ero, Nunc Nullus Ero: Recte Vale, Salue.

Erhardus Cellius Tubingæ
fbbt
Doctiss: viro et amico M Val.
Tennero

X 15 65 X
S S S S S
Iohannes Philippus a Wolmershausem.

Omnia si perdas famam seruare memento.
Qua semel amissa postea nullus eris.

Hæc scribebat Iohannes Philippus a Wolmershausen pio et docto Viro Valentino Tennero in perpetuum amicitiæ Vinculum.

X 15 65. X
I D G
Johannes Werner a Wolmeshausen.

Hæc scribebat Iohannes Werner a Wollmeshausen Tubingæ

Virgilius.

Quisquis enim duros casus uirtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam, luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget æuum.

X 15 66. X
M. G. W. T.

Hæc scripsit D. Magistro Valentino Tennero Godfridus a Wolffersdorff in sui memoriam Viennæ anno .66.

X ꝉ ꝉ ꝉ ꝉ X

Hæc Docto ac summa eruditione prædito M Valentino Tennero, scribebat Amicitiæ ergo. Sebastian Schlegell A Gruln. Tubingæ.

Ἀπόφθεγμα Dureri.

Vt nulla è speculis rudibus resplendet imago,
Hi sint artificis rite polita manu.
Ingenij sic vsus erit non ullus acuti
Doctrina si non erudiatur ope.

15 + 66.

X. Æ. Æ. H. W. X.

Hæc scribebat Philippus Auer a Herrnkhirchen D. Præceptori suo Valent. Tennero Chemnicensi. amoris & obseruantiæ ergo.

Viennæ Austriæ XXVI Julij Aº 1566.

Euryalus Nisum summo est amplexus amore ~~profecuti~~
Alter et alterius ptulit atra necis.
Sic mihi no aurum splendentia munera Crasi,
Nec magnae a storei Pygmalionis opes:
Sed uirtus, animi candor, sincera uoluntas
Tenneri nexit uincula amicitiae.
Quae sit, dante Deo, Pylios seruẽ in annos,
Haud haec quae uiolet sit precor, ulla dies.

Gabriel Jodocus Altesi-
nus Ao 67.

Sic eunt in ordine fata.

Joannes Stani-
gerus Wrishemius.

Abdita rimatur facilis Deus intima cordis
Nec simulantum fidem gaudet honore coli.

Gregorius Neudorffe-
rus.
Styrius

.M D + L X V I I.

Sis bonus et simplex, miseros solare, labora,
Sæpe precare, Deo viue, memento mori.
Et Deus inde tibi tribuet quos, fortis amicos,
Semper ama et semper quam reuerenter habe.
Sic tibi Castalidum fautor Temmere Sororum
Fidus ero; Pyladi sicut Orestes erat.

Nicolaus Cholerus.
Suo carissimo D: valētino
Temmero amoris ergô.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/45

gl. 15.

Geograph. 347

Msc. Dresd.
C 511.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/47

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id482761318/48